TOMAS DE AQUINO

Tratado de la Templanza

De la gula 2-2

(q.148 a.1, 2, 3, 4, 5 y 6)

(q.9 a.1, 2, 3 y 4)

SEGUNDA PARTE
DE LA
SUMA TEOLOGICA

SECCION SEGUNDA

De las virtudes y de los vicios en particular

1) Virtudes que pertenecen a todos los estados del hombre. Vicios opuestos.

2) Virtudes propias de determinados estados.

TOMO VII

Tratado de las virtudes teologales: fe, esperanza y caridad

TOMO VIII

Tratado de las virtudes cardinales: prudencia y justicia

TOMO IX

Tratado de la religión
Tratado de las virtudes sociales
Tratado de la fortaleza

TOMO X

Tratado de la templanza
Tratado de la profecía
Tratado de los distintos géneros de vida y estados de perfección

16535
1954-63
5.10 C2

TOMO X

TRATADO DE LA TEMPLANZA

VERSIÓN E INTRODUCCIONES DEL PADRE
FR. CANDIDO ANIZ, O. P.
PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

TRATADO DE LA PROFECIA

VERSIÓN E INTRODUCCIONES DEL PADRE
FR. ALBERTO COLUNGA, O. P.
PROFESOR DE SAGRADA ESCRITURA EN LA PONTIFICIA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA Y CONSULTOR DE LA PONTIFICIA COMISIÓN BÍBLICA

TRATADO DE LOS DISTINTOS GENEROS DE VIDA Y ESTADOS DE PERFECCION

VERSIÓN DEL PADRE
FR. JESUS GARCIA ALVAREZ, O. P.

INTRODUCCIONES DEL PADRE
FR. ANTONIO ROYO MARIN, O. P.
PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

De la gula / 2-2
(q. 148, a. 1, 2, 3, 4, 5, 6)

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS
MADRID · MCMLV

CUESTION 148

(In sex articulos divisa)

De gula

De la gula

Deinde considerandum est de gula (cf. q.146 introd.).

Et circa hoc quaeruntur sex.

Primo: utrum gula sit peccatum.

Secundo: utrum sic peccatum mortale.

Tertio: utrum sit maximum peccatorum.

Quarto: de speciebus eius.

Quinto: utrum sit vitium capitale.

Sexto: de filiabus eius.

Estudiemos el vicio de gula como opuesto a la abstinencia.

Seis artículos.

Primero: si la gula es pecado.

Segundo: si es pecado mortal.

Tercero: si es el mayor de los pecados.

Cuarto: cuáles son sus especies.

Quinto: si es vicio capital.

Sexto: cuáles son los vicios derivados.

ARTICULO 1

Utrum gula sit peccatum [a]

Si la gula es pecado

Ad primum sic proceditur. Videtur quod gula non sit peccatum.

1. Dicit enim Dominus, Mt. 15, 11: "Quod intrat in os, non coinquinat hominem". Sed gula est circa cibos, qui intrant in hominem. Cum ergo omne peccatum coinquinet hominem, videtur quod gula non sit peccatum.

2. Praeterea, "nullus peccat in eo quod vitare non potest". Sed gula consistit in immoderantia cibi, quam non potest homo vitare: dicit enim Gregorius, XXX "Moral." [1]: "Quia per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, et quid voluptas suppetat, ignoratur"; et Augustinus dicit, X "Confess." [2]: "Quis est, Domine, qui aliquantulum extra metas necessitatis cibum non sumit?" Ergo gula non est peccatum.

Dificultades. Parece que la gula no es pecado.

1. "No es lo que entra por la boca lo que mancha al hombre", dice el Evangelio. Es el pecado. Y pues los alimentos, objeto de la gula, entran por la boca, síguese que la gula no es pecado, pues no mancha al hombre.

2. "Nadie peca en cosas que se imponen necesariamente", como sucede con la gula, que es falta de moderación en la comida, cosa que el hombre no puede evitar. Ya San Gregorio advertía que "en la comida el placer está de tal forma mezclado con la necesidad, que no sabemos la parte correspondiente a cada una". Y San Agustín lo confirma: "¿Quién hay que no coma algo más de lo que es necesario?" Luego la gula no es pecado.

---

[a] *De malo* q.14 a.1.

[1] C.18: ML 76,558.

[2] C.31: ML 32,799.

3. En cualquier clase de pecados, el primer movimiento ya es pecado. Pero como el hambre y la sed, primeros movimientos de apetencia respecto de la comida, no son pecados, síguese que la gula tampoco lo es.

Por otra parte, enseña San Gregorio que "es imposible librar la batalla espiritual antes de haber triunfado de este enemigo interior que llamamos gula". El enemigo interior del hombre es el pecado. Luego la gula es pecado.

Respuesta. No llamamos gula a cualquier apetito de comer o beber, sino al desordenado, es decir, al que se aparte de la línea racional, en que radica el bien de la virtud moral. Pero el oponerse a la virtud es pecado. Luego la gula es pecado.

Soluciones. 1. Los alimentos que ingiere el hombre no manchan el alma a causa de su substancia y naturaleza, aunque los judíos, contra quienes habla Jesús, y los maniqueos, creyeran lo contrario. En cambio, el deseo desordenado de comida sí la mancha.

2. El vicio de gula no consiste en los alimentos precisamente, sino en el apetito desordenado de ellos. Por consiguiente, si alguien comiera con exceso, no por gula, sino creyendo que lo necesita, esto hay que atribuirlo a impericia, no a gula. A este vicio pertenecen el acto en que uno conscientemente se extralimita en la medida a causa del placer producido por los alimentos.

3. Hay dos clases de apetitos. Uno es natural, y se encuentra en las potencias del alma vegetativa, que no son susceptibles de virtud y vicio, porque no están sujetas al imperio de la razón. Por eso la virtud apetitiva se contradistingue de la facultad retentiva, digestiva y expulsiva. A ese apetito pertenecen el hambre y la sed.—El segundo apetito es sensitivo, y en él estriba el vicio de la gula. Y su primer movimiento, por llevar consigo desorden del apetito, es también pecaminoso.

3. Praeterea, in quolibet genere peccati primus motus est peccatum. Sed primus motus sumendi cibum non est peccatum: alioquin fames et sitis essent peccata. Ergo gula non est peccatum.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXX "Moral." (l.c.), quod "ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulae videlicet appetitus, edomatur". Sed interior hostis hominis est peccatum. Ergo gula est peccatum.

Respondeo dicendum quod gula non nominat quemlibet appetitum edendi et bibendi, sed inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus ex eo quod recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dicitur aliquid esse peccatum quod virtuti contrariatur. Unde manifestum est quod gula est peccatum.

Ad primum ergo dicendum quod id quod intrat in hominem per modum cibi, secundum suam substantiam et naturam, non coinquinat hominem spiritualiter: sed Iudaei, contra quos Dominus loquitur, et Manichaei opinabantur quod aliqui cibi immundos facerent, non propter figuram, sed secundum propriam naturam. Inordinata tamen ciborum concupiscentia hominem spiritualiter coinquinat.

Ad secundum dicendum quod, sicut dictum est (in c), vitium gulae non consistit in substantia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. Et ideo si aliquis excedat in quantitate cibi non propter cibi concupiscentiam, sed aestimans id sibi necessarium esse, non pertinet hoc ad gulam, sed ad aliquam imperitiam. Sed hoc solum pertinet ad gulam, quod aliquis, propter concupiscentiam cibi delectabilis, scienter excedat mensuram in edendo.

Ad tertium dicendum quod duplex est appetitus. Unus quidem naturalis, qui pertinet ad vires animae vegetabilis: in quibus non potest esse virtus et vitium, eo quod non possunt subiici rationi. Unde et vis appetitiva dividitur contra retentivam, digestivam, expulsivam. Et ad talem appetitum pertinet esuries et sitis.—Est autem et alius appetitus sensitivus, in cuius concupiscentia vitium gulae consistit. Unde primus motus gulae importat inordinationem in appetitu sensitivo: quae non est sine peccato.

ARTICULO 2

Utrum gula sit peccatum mortale [a]

Si la gula es pecado mortal

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod gula non sit peccatum mortale.

1. Omne enim peccatum mortale contrariatur alicui praecepto decalogi. Quod de gula non videtur. Ergo gula non est peccatum mortale.

2. Praeterea, omne peccatum mortale contrariatur caritati, ut ex supra dictis patet (q.35 a.3; 1-2 q.72 a.5). Sed gula non opponitur caritati: neque quantum ad dilectionem Dei, neque quantum ad dilectionem proximi. Ergo gula nunquam est peccatum mortale.

3. Praeterea, Augustinus dicit, in sermone "De purgatorio"[3]: "Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit quam necesse est, ad minuta peccata noverit pertinere". Sed hoc pertinet ad gulam. Ergo gula computatur inter minuta, idest inter venialia peccata.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in XXX "Moral." (l.c. nt.1): "Dominante gulae vitio, omne quod homines fortiter egerunt, perdunt: et dum venter non restringitur, simul cunctae virtutes obruuntur". Sed virtus non tollitur nisi per peccatum mortale. Ergo gula est peccatum mortale.

Dificultades. Parece que la gula no es pecado mortal.

1. Todo pecado mortal se opone a algún mandamiento del decálogo. No sucede así con la gula. Luego no es pecado mortal.

2. Todo pecado mortal se opone a la caridad. Como la gula no se le opone en ninguno de sus aspectos: amor de Dios y del prójimo, síguese que no es pecado mortal.

3. Enseña San Agustín: "Sepan todos que quien se excede en comida o bebida comete pecados pequeños". Como este vicio es precisamente la gula, síguese que no es pecado mortal, sino venial.

Por otra parte, enseña San Gregorio que, "donde reina la gula, desaparece todo bien, y que, dejándole campo libre, mata todas las virtudes". Como la virtud sólo se mata por el pecado mortal, síguese que la gula lo es de verdad.

[a] Infra q.154 a.2 ad 6; *In Gal.* 5 lect.5; *De malo* q.14 a.2; *In Rom.* 13 lect.3.

[3] *Serm. suppos.* serm.104: ML 39,1946.

Respuesta. La gula es concupiscencia desordenada. El orden de la razón que modera las concupiscencias es doble: uno se refiere a los medios, que pueden desarreglarse y perder su correspondencia con el fin; otro se refiere al fin en sí mismo, en cuanto que la concupiscencia aleja al hombre de su fin propio. Si el desorden cometido por la gula nos aparta del fin último, es pecado mortal; caso que se da cuando ponemos en este deleite nuestro fin último, dispuestos a despreciar el verdadero, que es Dios, y a traspasar sus mandamientos con tal de satisfacernos en aquél.—Si el apetito de placer nos lleva a excesos, pero sin alcanzar la magnitud de separación del fin último, es venial.

Soluciones. 1. La gula es mortal cuando nos aparta del fin último, y podría de algún modo reducirse al precepto de la observancia sabática, que nos impone descansar en el fin último; pues ya sabemos que no todos los pecados mortales contrarían directamente a los preceptos del decálogo, sino únicamente los de injusticia, puesto que los mandamientos regulan especialmente las exigencias de la justicia, como quedó expuesto en su lugar.

2. En cuanto que nos aparta del fin último, la gula contraría al amor de Dios, fin último amable sobre todas las cosas. Sólo en este sentido es pecado mortal.

3. Las palabras de San Agustín hay que interpretarlas de la gula en cuanto que significa concupiscencia desordenada acerca de los medios.

4. Más bien que por sí misma, la gula se dice que mata las virtudes

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.1), vitium gulae proprie consistit in concupiscentia inordinata. Ordo autem rationis concupiscentiam ordinantis dupliciter tolli potest. Uno modo, quantum ad ea quae sunt ad finem: prout scilicet non sunt ita commensurata ut sint proportionata fini. Alio modo, quantum ad ipsum finem: prout scilicet concupiscentia hominem avertit a fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiae accipiatur in gula secundum aversionem a fine ultimo, sic gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit quando delectationi gulae inhaeret homo tanquam fini propter quem Deum contemnit, paratus scilicet contra praecepta Dei agere ut delectationes huiusmodi assequatur.—Si vero in vitio gulae intelligatur inordinatio concupiscentiae tantum secundum ea quae sunt ad finem, utpote quia nimis concupiscit delectationes ciborum, non tamen ita quod propter hoc aliquid faceret contra legem Dei, est peccatum veniale.

Ad primum ergo dicendum quod vitium gulae habet quod sit peccatum mortale inquantum avertit a fine ultimo. Et secundum hoc, per quandam reductionem, opponitur praecepto de sanctificatione sabbati, in quo praecipitur quies in fine ultimo. Non enim omnia peccata mortalia directe contrariantur praeceptis decalogi, sed solum illa quae iniustitiam continent: quia praecepta decalogi specialiter pertinent ad iustitiam et partes eius, ut supra habitum est (q.122 a.1).

Ad secundum dicendum quod, inquantum avertit a fine ultimo, contrariatur gula dilectioni Dei, qui est super omnia sicut finis ultimus diligendus. Et secundum hoc solum gula est peccatum mortale.

Ad tertium dicendum quod illud verbum Augustini intelligitur de gula prout importat inordinationem concupiscentiae solum circa ea quae sunt ad finem.

Ad quartum ("Sed contra") dicendum quod gula dicitur virtutes auferre non tam propter se, quam etiam propter vitia quae ex ea oriuntur. Dicit enim Gregorius, in "Pastorali"[4]: "Dum venter in ingluviem tenditur, virtutes animae per luxuriam destruuntur."

por los vicios que de ella proceden. Lo explica San Gregorio: "Cuando la gula sacia al estómago, la lujuria corroe las virtudes".

ARTICULO 3

Utrum gula sit maximum peccatorum

Si la gula es el mayor de los pecados

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod gula sit maximum peccatorum.

1. Magnitudo enim peccati ex magnitudine poenae consideratur. Sed peccatum gulae est gravissime punitum: dicit enim Chrysostomus[5]: "Adam incontinentia ventris expulit a Paradiso; diluvium quod fuit tempore Noe, ipsa fecit"; secundum illud Ez. 16,49: "Haec fuit iniquitas Sodomae, sororis tuae, saturitas panis", etc. Ergo peccatum gulae est maximum.

2. Praeterea, causa in quolibet genere est potior. Sed gula videtur esse causa aliorum peccatorum: quia super illud Ps. 135,10: "Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum", dicit Glossa[6]: "Luxuria, concupiscentia, superbia sunt ea quae venter generat". Ergo gula est gravissimum peccatorum.

3. Praeterea, post Deum, homo debet seipsum maxime diligere, ut supra habitum est (q.26 a.4). Sed per vitium gulae homo infert sibi ipsi nocumentum: dicitur enim Eccli. 37,34: "Propter crapulam multi obierunt". Ergo gula est maximum peccatorum: ad minus praeter peccata quae sunt contra Deum.

Sed contra est quod vitia carnalia, inter quae computatur gu-

Dificultades. Parece que la gula es el mayor de los pecados.

1. La magnitud de la pena dice relación a la magnitud de la culpa. Pero el castigo de la gula es terrible, pues, como dice San Crisóstomo, "ella expulsó a Adán del paraíso y nos trajo el castigo del diluvio". Aún más: "Esta fué la iniquidad de Sodoma", harta de manjares... Luego el pecado de gula es el mayor que existe.

2. En cualquier género de cosas, la causa conserva cierta primacía. Como la gula es causa de otros pecados, según el comentario al verso: "Al que hirió a los primogénitos de Egipto"..., que hallamos en la Glosa cuando dice: "Lujuria, concupiscencia y soberbia son las obras que la gula engendra". Luego la gula es el mayor de los pecados.

3. Después de Dios tenemos que amarnos a nosotros mismos. Como por la gula nos causamos un mal a nosotros mismos, ya que "muchos mueren a consecuencia de la crápula", síguese que es el mayor pecado, al menos después de los pecados que se dirigen contra Dios.

Por otra parte está la autoridad de San Gregorio: los vicios carnales,

---

[4] P.3 c.19: ML 77,81.
[5] *In Mt.* homil.13: ML 57,209.
[6] *Ordin.;* CASSIOD., *Expos. in Psalm.* ps.135,10: ML 70,970.

entre los que figura la gula, son de menor culpabilidad.

Respuesta. La gravedad del pecado se puede considerar desde tres puntos de vista: primero, por parte de la materia, que es lo principal. Y en este orden son más graves los pecados que se dirigen contra las cosas divinas, quedando la gula como menor, pues su objeto es el alimento corporal.—Segundo, por parte del pecador. En este aspecto el pecado de gula pierde aún gravedad, ya que se trata de una materia necesaria, la comida, y es, además, difícil discernir lo que responde al placer y a la necesidad. — Tercero, por las consecuencias. Bajo este aspecto, la gula tiene cierta gravedad, debido a los pecados que de ella suelen nacer.

Soluciones. 1. Esos castigos se refieren más bien a los vicios derivados de la gula que al vicio en sí mismo. El hombre fué arrojado del paraíso por pecado de soberbia, y sólo después cayó en gula; el diluvio y el castigo de Sodoma se deben a la lujuria derivada del pecado de gula.

2. Se trata de los pecados que proceden de la gula, y sólo hablando de una causalidad directa vale recurrir a la primacía de la causa. La gula no es causa directa de esos vicios, sino indirecta y ocasional.

3. El goloso no trata de dañar su cuerpo, sino de deleitarse en la comida. El daño consiguiente queda fuera de su intención y no puede señalarse como agravante directo de la gravedad de la gula, si bien es cierto que la culpabilidad del sujeto se acrecienta si, comiendo con exageración, llegó a producirse daño corporal.

la, secundum Gregorium [7], sunt minoris culpae.

Respondeo dicendum quod gravitas alicuius peccati potest considerari tripliciter. Primo quidem, et principaliter, secundum materiam in qua peccatur. Et secundum hoc, peccata quae sunt circa res divinas sunt maxima. Unde secundum hoc, vitium gulae non erit maximum: est enim circa ea quae ad sustentationem corporis spectant. — Secundo autem, ex parte peccantis. Et secundum hoc, peccatum gulae magis alleviatur quam aggravatur. Tum propter necessitatem sumptionis ciborum. Tum etiam propter difficultatem discernendi et moderandi id quod in talibus convenit.—Tertio vero modo, ex parte effectus consequentis. Et secundum hoc, vitium gulae habet quandam magnitudinem, inquantum ex ea occasionantur diversa peccata.

Ad primum ergo dicendum quod illae poenae magis referuntur ad vitia quae sunt consecuta ex gula, vel ad gulae radicem, quam ad ipsam gulam. Nam primus homo expulsus est de paradiso propter superbiam, ex qua processit ad actum gulae. Diluvium autem et poena Sodomorum sunt inducta propter peccata luxuriae praecedentia, ex gula occasionata.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit ex parte peccatorum quae ex gula oriuntur. Non autem oportet quod causa sit potior, nisi in causis per se. Gula autem non est causa illorum vitiorum per se, sed quasi per accidens et per occasionem.

Ad tertium dicendum quod gulosus non intendit suo corpori nocumentum inferre, sed in cibo delectari: si autem nocumentum corporis sequatur, hoc est per accidens. Unde hoc non directe pertinet ad gravitatem gulae. Cuius tamen culpa aggravatur si quis corporale detrimentum incurrat propter immoderatam cibi sumptionem.

[7] *Moral.* l.33 c.12: ML 76,687.

ARTICULO 4

Utrum convenienter gulae species distinguantur [8]

Si están bien señaladas las especies de gula

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter species gulae distinguantur a Gregorio, qui, XXX "Moral." (l.c. nt.1), dicit: "Quinque modis nos gulae vitium tentat: aliquando namque indigentiae tempora praevenit; aliquando lautiores cibos quaerit; aliquando quae sumenda sunt praeparari accuratius appetit; aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit; aliquando ipso aestu immersi desiderii aliquis peccat". Et continentur in hoc versu: "Praepropere, laute, nimis, ardenter, studiose".

1. Praedicta enim diversificantur secundum diversas circumstantias. Sed circumstantiae, cum sint accidentia actuum, non diversificant speciem. Ergo secundum praedicta non diversificantur species gulae.

2. Praeterea, sicut tempus est quaedam circumstantia, ita et locus. Si ergo, secundum tempus una species gulae accipitur, videtur quod, pari ratione, secundum locum et alias circumstantias.

3. Praeterea, sicut temperantia observat debitas circumstantias, ita etiam et aliae virtutes morales. Sed in vitiis quae opponuntur aliis virtutibus moralibus non distinguuntur species secundum diversas circumstantias. Ergo nec in gula.

Sed contra est verbum Gregorii inductum (arg.1).

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.1), gula importat inordinatam concupiscentiam edendi. In esu autem duo considerantur: scilicet ipse cibus qui comeditur, et eius comestio. Potest ergo inordinatio concupiscentiae attendi dupliciter. Uno quidem modo, quantum ad ipsum

Dificultades. Parece que no es exacta la división propuesta por San Gregorio: "La gula nos tienta de cinco formas: nos hace adelantar la hora, exige manjares exquisitos o preparados con excesivo cuidado, traspasa los límites de la templanza en la cantidad y despierta una voracidad sin nombre". Dichos como el verso canta: la gula pide comer "de prisa, manjar exquisito, excesivo, con voracidad y con exagerada preparación".

1. Todas esas condiciones son circunstancias que, como sabemos, no cambian la especie. Luego no está bien dividir la gula en especies distintas a base de ellas.

2. El tiempo es una circunstancia similar al lugar. Luego, si el adelantar la hora constituye una especie de gula, el lugar debe formar otra, y así sucesivamente.

3. Todas las virtudes morales tienen en cuenta las circunstancias. Pero, como en las demás virtudes las circunstancias no cambian la especie del acto, tampoco deben hacerlo en la gula.

Por otra parte, San Gregorio lo afirma claramente.

Respuesta. Concedamos que la gula es apetito desordenado de comida y consideremos en la comida dos cosas: el manjar que se toma y el acto de comerlo. Las dos pueden originar desorden en la concupiscencia. Por parte del manjar caben las siguientes combinaciones: en cuanto a la subs-

[8] 1,2 q.72 a.9; *De malo* q.14 a.3.

tancia del mismo, lo deseamos valioso, estimable; en cuanto a la calidad, exigimos una preparación esmerada; en cuanto a la cantidad, superamos el límite racional.—Y por el modo de tomarlo, o acto, existen estas variantes: adelantar la hora ordinaria y tomar el alimento con voracidad.—San Isidoro juntó bajo una misma las dos primeras especies, diciendo que el goloso se excede en "la substancia, en la cantidad, en el modo y en el tiempo".

Soluciones. 1. El no atenerse a las diversas circunstancias origina distintas especies de gula, debido a los diferentes principios motivos, que son exactamente los que especifican las virtudes morales. Cuando se buscan manjares selectos, se excita la concupiscencia respecto de la substancia misma de las cosas; cuando se acelera el tiempo, se desordena la concupiscencia por la impaciencia en la demora; y algo semejante sucede en los otros casos.

2. El lugar y otras circunstancias no constituyen nuevas especies de gula, porque no dicen relación con la comida.

3. Cuando en los vicios, de cualquier género que sean, las circunstancias constituyen motivo formal diverso, hay que poner variedad de especies en virtud de las circunstancias. Pero esto no sucede siempre.

[8] *Sent.* l.2 c.42: ML 83,649.

cibum qui sumitur. Et sic, quantum ad substantiam vel speciem cibi, quaerit aliquis cibos lautos, idest pretiosos; quantum ad qualitatem, quaerit cibos nimis accurate p r a e p a r a t o s, quod est s t u d i o s e; quantum autem ad quantitatem, e x c e d i t in nimis edendo.—Alio vero modo attenditur i n o r d i n a t i o concupiscentiae quantum ad ipsam sumptionem cibi: vel quia praevenit tempus debitum c o m e d e n d i, quod est praepropere; vel quia non servat modum debitum in edendo, quod est ardenter.—Isidorus vero comprehendit primum et secundum sub uno, dicens[8] quod gulosus excedit in cibo secundum quid, quantum, quomodo et quando.

Ad primum ergo dicendum quod corruptio diversarum circumstantiarum facit diversas species gulae propter diversa motiva, ex quibus moralium species diversificantur. In eo enim qui quaerit lautos cibos, excitatur concupiscentia ex ipsa specie cibi; in eo vero qui praeoccupat tempus, deordinatur concupiscentia propter impatientiam morae; et idem patet in aliis.

Ad secundum dicendum quod in loco et in aliis circumstantiis non invenitur aliud differens motivum pertinens ad usum cibi, quod faciat aliam speciem gulae.

Ad tertium dicendum quod in quibuscumque aliis vitiis diversae circumstantiae habent d i v e r s a motiva, oportet accipi diversas species vitiorum secundum diversas circumstantias. Sed hoc non contingit in omnibus, ut dictum est (1-2 q.72 a.9).

ARTICULO 5

Utrum gula sit vitium capitale [a]

Si la gula es vicio capital

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod gula non sit vitium capitale.

1. Vitia enim capitalia dicuntur ex quibus alia oriuntur secundum rationem causae finalis. Sed cibus, circa quem est gula, non habet rationem finis: non enim propter se quaeritur, sed propter corporis nutritionem. Ergo gula non est vitium capitale.

2. Praeterea, vitium capitale a l i q u a m principalitatem habere videtur in ratione peccati. Sed hoc non competit gulae, quae videtur esse secundum suum genus minimum peccatorum, utpote plus appropinquans ad id quod est secundum naturam. Ergo gula non videtur esse vitium capitale.

3. Praeterea, peccatum contingit ex hoc quod aliquis recedit a bono honesto propter aliquid utile praesenti vitae, vel delectabile sensui. Sed circa bona quae habent r a t i o n e m utilis, ponitur unum tantum vitium capitale, scilicet avaritia. Ergo et circa delectationes videtur esse ponendum unum tantum vitium capitale. Ponitur autem luxuria: quae est maius vitium quam gula, et circa maiores delectationes. Ergo gula non est vitium capitale.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI "Moral."[9], computat gulam inter vitia capitalia.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.84 a.3-4), vitium capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem causae finalis: inquantum scilicet habet finem multum appetibilem, unde ex eius appetitu homines provocantur multipliciter ad peccandum. Ex hoc autem aliquis finis redditur multum appetibilis quod habet aliquam de conditionibus felicitatis, quae est

Dificultades. Parece que la gula no es vicio capital.

1. Llamamos vicio capital al que es origen de otros vicios como fin de los mismos. Como los manjares, objeto de la gula, no tienen en sí mismos razón de fin, sino que se apetecen para alimento del sujeto, síguese que la gula no es vicio capital.

2. Parece que todo vicio capital debe poseer cierta categoría aun dentro de lo malo, mientras que la gula es vicio bajo y ramplón por sí mismo, ya que linda con las necesidades más apremiantes de la naturaleza. Luego no parece que sea vicio capital.

3. El pecado consiste en despreciar el bien honesto por seguir al bien útil a la vida presente o deleitable al sentido. Como acerca de los bienes útiles ponemos nada más que un pecado capital, la avaricia, también debemos poner uno que comprende todos los placeres. Ese vicio es precisamente la lujuria, mayor que la gula y que se fija en placeres más fuertes. Luego la gula no es vicio capital.

Por otra parte, San Gregorio la enumera como vicio capital.

Respuesta. Vicio capital es el que origina nuevos vicios como causa final de los mismos; es decir, que él tiene un fin tan deseable, que el apetito se siente atraído de muchas maneras a pecar. ¿Qué es lo que hace codiciable un fin? El poseer alguna de las condiciones que implica la felicidad plena de la naturaleza. Una de ellas es manifiestamente el placer.

[a] *De malo* q.8 a.1; q.13 a.3; q.14 a.4.

[9] C.45: ML 76,621.

originada por la fumosidad de los alimentos, que llegan a perturbar la inteligencia, mientras que la abstinencia fomenta la agudeza de percepción, como enseña el Eclesiástico: "Pensé en librar mi carne del poder del vino, a fin de elevar el alma al contacto con la sabiduría." — Segundo, por orden al apetito, que sufre múltiples desarreglos a causa del inmoderado uso de ~~comida y bebida~~, una vez dormido el capitán, que es la razón, tenemos la necia alegría, ya que todas las otras pasiones se ordenan a la alegría y tristeza. "El vino—dice Esdras—hace creer que todo es seguridad y gozo".—Tercero, por orden a la sobreabundancia de palabra, la locuacidad, ya que, como dice San Gregorio, "si los golosos no fuesen también locuaces, el mal rico, que se ocupaba en festines diarios y espléndidos, no tendría la lengua tan inflamada por el fuego".—Cuarto, por orden al acto mismo desordenado, los movimientos y gestos externos propios del bufón, que indican ausencia de la razón en el gobierno del goloso. A ellos alude San Pablo cuando nos habla de "palabras necias y ridículas", según expone la Glosa: "Es la bufonería, vale decir, la jocosidad, que excita la risa".—Aunque uno y otro podría referirse a las palabras por las que se suele pecar, o porque son superfluas, como en la "locuacidad", o por inhonestas, como en la "bufonería".

Por parte del cuerpo tenemos la inmundicia, bien se tome como desordenada emisión de cualquier superfluidad, bien en forma más concreta, por la emisión de semen. Lo explica igualmente la Glosa al lugar referido de San Pablo, extendiéndolo a "cualquier incontinencia libidinosa".

ex inmoderantia cibi et potus. Et quantum ad hoc, ponitur filia gulae hebetudo sensus circa intelligentiam, propter fumositates ciborum perturbantes caput. Sicut et e contrario abstinentia confert ad sapientiae perceptionem: secundum illud Eccle. 2,3: "Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam".—Secundo, quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi et potus, quasi sopito gubernaculo rationis. Et quantum ad hoc, ponitur inepta laetitia: quia omnes aliae inordinatae passiones ad laetitiam et tristitiam ordinantur, ut dicitur in II "Ethic." [14] Et hoc est quod dicitur III Esdr. 3,20, quod "vinum omnem mentem convertit in securitatem et iucunditatem".—Tertio, quantum ad inordinatum verbum. Et sic ponitur multiloquium: quia, ut Gregorius dicit, in "Pastorali" (l.c. nt.4), "nisi gulae deditos immoderata loquacitas raperet, dives ille qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua gravius non arderet".—Quarto, quantum ad inordinatum actum. Et sic ponitur scurrilitas, idest iocularitas quaedam proveniens ex defectu rationis, quae, sicut non potest cohibere verba, ita non potest cohibere exteriores gestus. Unde Eph. 5,4 super illud, "Aut stultiloquium aut scurrilitas", dicit Glossa [15]: "Quae a stultis curialitas dicitur, idest iocularitas, quae risum movere solet."—Quamvis possit utrumque horum referri ad verba. In quibus contingit peccare vel ratione superfluitatis, quod pertinet ad "multiloquium": vel ratione inhonestatis, quod pertinet ad "scurrilitatem".

Ex parte autem corporis, ponitur immunditia. Quae potest attendi sive secundum inordinatam emissionem quarumcumque superfluitatum: vel specialiter quantum ad emissionem seminis. Unde super illud Eph. 5,3, "Fornicatio autem et omnis immunditia", etc., dicit Glossa (ib.): "Idest incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo."

[14] C.5 n.2 (BK 1105b23): S.Th., lect.5.

[15] *Interl.;* LOMBARDI: ML 192,209.

Ad primum ergo dicendum quod laetitia quae est de actu peccati vel fine, consequitur omne peccatum, maxime quod procedit ex habitu. Sed laetitia vaga incomposita, quae hic dicitur inepta, praecipue oritur ex immoderata sumptione cibi vel potus.

Similiter etiam dicendum quod hebetudo sensus quantum ad eligibilia communiter invenitur in omni peccato. Sed hebetudo sensus circa speculabilia maxime procedit ex gula, ratione iam dicta (in c).

Ad secundum dicendum quod, licet utilis sit vomitus post superfluam comestionem, tamen vitiosum est quod aliquis huic necessitati se subdat per immoderantiam cibi vel potus.—Potest tamen absque culpa vomitus procurari ex consilio medicinae in remedium alicuius languoris.

Ad tertium dicendum quod scurrilitas procedit quidem ex actu gulae: non autem ex actu luxuriae, sed ex eius voluntate. Et ideo ad utrumque vitium potest pertinere.

Soluciones. 1. La alegría producida por el acto pecaminoso o por el fin a que se ordena, acompaña a todo pecado, sobre todo si es habitual. Pero esa alegría indefinida, sin objeto y moderación, a la que damos el nombre de necia, proviene del exceso de alimentos o bebidas.

Paralelamente, todo pecado produce cierta estupidez. Pero la estupidez acerca de las verdades especulativas tiene su origen en la gula, tal como la hemos descrito.

2. Aunque es cierto que el vómito es útil para descongestionar el organismo, no lo es menos que excederse hasta tener que apelar a ese extremo es un vicio. — Claro que a veces puede ser aconsejable el vómito por prescripción médica, como remedio de alguna enfermedad.

3. La bufonería proviene de la gula. Y también del deseo de lujuria, mejor que de su acto. Por eso puede pertenecer a ambos vicios.

Y como el vicio de gula se refiere a placeres del tacto, que son de especial relieve entre todos, síguese que la gula es vicio capital.

Soluciones. 1. Los alimentos se conceptúan como medio para la conservación de la vida. Y como este fin es sumamente deseable y no puede obtenerse sin comer, de ahí procede que el mismo alimento nos sea tan apetecible, llegando a constituir el centro de todas las preocupaciones del hombre, como dice el Eclesiástico: "Todo el trabajo del hombre es para su boca".—Sin embargo, la gula debe referirse más bien al placer del alimento que al alimento mismo, como atestigua San Agustín con estas palabras: "Quienes no estiman la salud del cuerpo, más desean comer —acto deleitable— que saciarse, siendo así que el fin de dicho placer es apagar el hambre o la sed".

2. El fin que se busca por el pecado hay que juzgarlo en su aspecto de conversión, mientras que la gravedad se deriva de la aversión. No es, pues, necesario que un vicio capital, por tener un fin sumamente deleitable, tenga también suma gravedad.

3. Lo que agrada es apetecible por sí mismo; y, como encontramos un doble objeto deleitable, hay que admitir también un doble vicio capital: la gula y la lujuria. — En cambio, lo útil no es apetecible por sí mismo, sino en cuanto ordenado a otro fin; y por eso, en todos los objetos que guardan esa relación de utilidad, parece existir una sola razón que atraiga el apetito, dando lugar a un solo pecado capital.

naturalite. appetibilis. Pertinet autem ad rationem felicitatis delectatio: ut patet in I [10] et X [11] "Ethic." Et ideo vitium gulae, quod est circa delectationes tactus, quae sunt praecipue inter alias, convenienter ponitur inter vitia capitalia.

Ad primum ergo dicendum quod ipse cibus ordinatur quidem ad aliquid sicut ad finem: sed quia ille finis, scilicet conservatio vitae, est maxime appetibilis, quae sine cibo conservari non potest, inde etiam est quod ipse cibus est maxime appetibilis; et ad hoc fere totus labor humanae vitae ordinatur, secundum illud Eccle. 6,7: "Omnis labor hominis in ore eius".—Et tamen gula magis videtur esse circa delectationes cibi quam circa cibos. Propter quod, ut Augustinus dicit, in libro "De vera relig." [12], "quibus vilis est corporis salus, malunt vesci", in quo scilicet est delectatio, "quam saturari: cum omnis finis illius voluptatis sit non sitire atque esurire".

Ad secundum dicendum quod finis in peccato accipitur ex parte conversionis, sed gravitas peccati accipitur ex parte aversionis. Et ideo non oportet vitium capitale, quod habet finem maxime appetibilem, habere magnam gravitatem.

Ad tertium dicendum quod delectabile est appetibile secundum se. Et ideo secundum eius diversitatem ponuntur duo vitia capitalia, scilicet gula et luxuria.—Utile autem non habet ex se rationem appetibilis, sed secundum quod ad aliud ordinatur. Et ideo in omnibus utilibus videtur esse una ratio appetibilitatis. Et propter hoc circa huiusmodi non ponitur nisi unum vitium capitale.

[10] C.8 n.10 (Bk 1099a7): S.Th., lect.13
[11] C.7 n.3 (Bk 1177a22): S.Th., lect.19.
[12] C.53: ML 34,167.

ARTICULO 6

Utrum convenienter assignentur gulae quinque filiae *

Si son cinco las hijas de la gula

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur gulae quinque filiae: scilicet "inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam".

1. Inepta enim laetitia consequitur omne peccatum: secundum illud Prov. 2,14: "Qui laetantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis." Similiter etiam hebetudo mentis invenitur in omni peccato: secundum illud Prov. 14,22: "Errant qui operantur malum". Ergo inconvenienter ponuntur filiae gulae.

2. Praeterea, immunditia, quae maxime consequitur gulam, videtur ad vomitum pertinere: secundum illud Is. 28,8: "Omnes mensae repletae sunt vomitu sordium". Sed hoc non videtur esse peccatum, sed poena: vel etiam aliquid utile sub consilio cadens, secundum illud Eccli. 31,25: "Si coactus fueris in edendo multum, surge e medio et vome, et refrigerabit te". Ergo non debet poni inter filias gulae.

3. Praeterea, Isidorus [13] ponit scurrilitatem filiam luxuriae. Non ergo debet poni inter filias gulae.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI "Moral." (l.c nt.9), has filias gulae assignat.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.1), gula proprie consistit circa immoderatam delectationem quae est in cibis et potibus. Et ideo illa vitia inter filias gulae computantur quae ex immoderata delectatione cibi et potus consequuntur. Quae quidem possunt accipi vel ex parte animae, vel ex parte corporis. Ex parte autem animae, quadrupliciter. Primo quidem, quantum ad rationem, cuius acies hebetatur

Dificultades. Parece que no son cinco los vicios filiales de la gula, a saber: "la alegría boba, la bufonería, inmundicia, locuacidad y ceguera mental".

1. La alegría boba es fruto de cualquier pecado, como reza el Proverbio: "Se glorían habiendo hecho el mal y se alegran en acciones pésimas." Y lo es también la ceguera mental, pues "andan extraviados los pecadores". Luego no son cinco los vicios filiales de la gula.

2. La inmundicia, que tantas veces sigue a la gula, parece reducirse al vómito, conforme al sentir de Isaías: "Las mesas están llenas de vómito e inmundicia". Y esto no parece ser culpa, sino más bien pena o algo útil y aconsejable, según dice el Eclesiástico: "Si te vieras obligado a comer mucho, levántate, vomita, y te sentirás repuesto". Luego no es hija de la gula.

3. San Isidoro propone la bufonería como hija de la lujuria y no de la gula.

Por otra parte está la enumeración de San Gregorio.

Respuesta. Gula es inmoderado placer en la comida y bebida. Por consiguiente, serán hijos de la gula los placeres desordenados que de dicha fuente nazcan, bien sea directamente del alma, bien a través del cuerpo. Por parte del alma parecen surgir cuatro. Primero, por orden a la razón, cuya agudeza se obtusa debido al exceso de comida y bebida, se encuentra la ceguera mental.

* *De malo* q.14 a.4.
[13] *Quaest. in Vet. Test.* in Deut. 7,1 c.16: ML 83,366.